UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Restituta V. S. Torpes M. S. Euticius M. 17. Mai.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

1. S. Reſtituta V. & M. Carthagine orta, S. Cypriani diſcipula à Preculo Iudice damnata, vt naui impoſita & ſuccenſa in altum dimitteretur, vidit flammas miniſtris letales, ſibi innoxias. Denique, Numine dirigente nauem ipſa in oratione defungens in Aenariam Ins. appulit, Imperante Numeriano, ibidemque honorifice condita eſt.

2. S. Torpes M. magnus erat in officio Neronis Imp. tempore Apoſtolorum, vnus ex ijs SS. qui per manum S. Pauli Philippenſes ſalutarunt de domo Cæſaris. Idem poſtea pro fide alapis, verberibus ac bæſtijs tentatus cum ſaluus è tormentis euaſiſſet, decollatione Martyrium conſummauit. Corpus eius fatiſcenti nauiculæ, adiuncto gallo & cane impoſitum, dirigente Angelo ad Hiſpaniæ littus appulit, Celeri na excepit.

S.Reſtituta V. S.Torpes M.
S.Euticius M. 17.Mai.

Fides.

Non tam mors, quam fides & deuotio Martyrem facit, Chryſol.

Indulgentiam nobis quæſumus Dne B. Reſtituta V, & M.cum B. Torpete & Euticio M.imploret, vt quæ tibi grata ſemper extitit & merito caſtitatis & tuæ profeſſione Virtutis, Per D N. Ieſ &c.

Ora pro Nauigantibus, &